Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nichil vnqua hoc dolore / fuit
dolorosius /
Aue ihesu et intende / tanti vi
doloris pende / aduerte viscera /
Amans clamat pectus tundit / la
crimarum fontes fundit / tua cernens
vulnera /
Aue ihu amorose / totus rubens
instar rose / largitate sanguis /
Cum profusus ut fluebat / defflue
te rapiebat / sinus matris virginis /
Aue ihesu tua vita / consumando
tandem ita / tactu morte rigido /
patris caput inclinasti / inclinando
expirasti cum clamore valido /
Aue ihu hoc in puncto / satius
tibi iam defuncto / latus ferro fodit
cuius apto rubitudo / quo salua
ri credit mundus / sanguis large
fundit /
Aue ihu omnis iure / te deplo
rat creature / terra tremens qua
titur / solis iubar obscuratur / mu
dus nocte fatigatur / velum templi
scinditur /
Aue ihu tua morte / patuerunt
mortis porte / petras frangit
scissio / passum deum sit a malis
potestatis mundialis machine co
motio /
Aue ihu ibi fixa virgo stabat
cruce nixa / moritura pariter
Tandem ad se distillatum / cor
pus rapit cruentatum osculando
dulciter /
Aue ihu flos extincte / gene
manus vestes tincte / madescunt

in virgine / cuius dum natum amplexatur
dum cruentum osculatur / suo rubet
sanguine /
Aue ihu dolor talis / eiulatus
virginalis / nulli cuiquam cognitus /
Conpluebat in lamentum / licet dura
in tuentium pectora medullitus /
Aue ihesu flos dilecte / quam prudenter
quam perfecte morte mortem superas /
cum non habes causam mortis / nos
a morte vita fortis / moriendo
liberas /
Aue ihesu vos pilare passionis
tam amare / degustasti poculum /
contra forte illum ut ligares / mortem
morte superares / saluatus seculum /
Aue ihesu dei agne / leo potens
fortis magne victor inferi /
quem se tandem redempturum
vt spes erat in futurum expecta
bant miseri /
Aue ihesu victor fortis / tu auctore
vite mortis elisisti penitus
Gaude virgo mater xpi / que
hunc forte genuisti missum mun
do celitus /
Aue ihu cum te duce / emicuerat
noua luce / tenebrarum populus
tunc dolens o inferne claritate
vim superne / mirabatur cetulus /
Aue ihu quam formosus / luce
noua luminosus / surgis victor
inferi / sponsus verus gigas
fortis abstulisti portas mor
tis / vt exirent miseri
Aue ihu fortis leo / qui dum
surgis ex sepulchro / liber inter